



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

cxxiii. Decidentium pinnarum remedium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

vbi videbuntur corrosæ, linito, & sanabis.

Si pinne inflationibus turgeant.

INFLATIONES rescindas, & pinnas plenas perfores, & vino veteri locum eluas, & vitis sarmenta combusta cum bubulo felle in puluerem redigas, eum infundas in plenas pinnas.

Ad eum qui suas pinnas rodit.

SI accipiter suas corrodit pinnas, & cum pediculos non habeat, tamen pediculos inquirit. Scrutare coliculos pinnarum caudæ & plumas. inuenies quiddam nigrum intra radices pinnarum, id acu compungito, inspirato vinum vetus, mali punici cortice trito vngito.

Ad refractas pinnas.

QVI à natura rectas non habet pinnas, sed refractas, ita curabitur. Aqua potabili calida frequenter remiges pinnas fouebis.

Decidentium pinnarum remedium.

LAVRI vel nucis oleo foramina, vnde pinnae decidunt, vngito, aut ex tuo

ore in loca, vnde exciderunt, inflato caprinum lac.

Ad defluxionem pinnarum.

PVLEGGII, sandarachæ scrupuli tres, croci scrupulus; ex aceti sufficientibus partibus simul coquantur, refrigerentur, deinde spongia oculi illinantur bis in die. Quod si remiges pinnæ decidunt, sandarachæ & thuris tantundem: conterantur, subigantur, inungantur pinnæ.

Ad fluxionibus laborantem, & ob fluxiones pinnas amittentem.

SI defluxionibus alarum flexus, qui est tanquam cubitus, laborat, amittit remiges pinnas. Ita curabis. Scrutator venulas adiacentes alis, ex ipsis mittito sanguinem, & postquam sanguinis paululum deflexerit, aceto frigido alas foueto, vt locus obturetur. itaque fiet, vt postea neque accipiter fluxionibus laboret, neque fluant pinnæ.

Ad fractas pinnas remedium.

CVM accipiter pugnat cum præda, sæpe accidit, vt pinnas frangat, nimirum ad

M ij